

De phosphoris quatuor, observatio / [Johann Sigismund Elsholtz].

Contributors

Elsholtz, Johann Sigismund, 1623-1688

Publication/Creation

Berlin : G. Schultz, 1676.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/nv9k42vj>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

De
HOSPHORIS
Quatuor,
OBSERVATIO.

1676.

BEROLINI,
Literis GEORGI SCHULTZI
Elect. Typogr.

Ad
CURIOSOS NATURA
Interpretes.

UNicus in Cælo scintillat PHOSPHORU
at qui
Inferior jamdum quatuor Orbis habet.
Sic neg^o Thebarum portæ, minus ostia Nili
Sufficient : plures Secla futura dabunt



De

Phosphoris quatuor, OBSERVATIO.

I. PHOSPHORUS BONONIENSIS.

Primum merito locum ob antiquitatem assigno *Lapidi Bononiensi* illi, cuius calx in se radios ita colligit Solares, ut inde retractus in obscuro tantisper luceat: quam virtutem hanc attractricem ultra annum vix vet, nec, qui eam restituere possit, haec tenus sit ventus. De Lapide isthuc integrum jam pridem rum vulgavit *Fortunius Licetus*, itemq; Programma aliquod *Ovidius Montalbanus*, & instituta com ratione nuper admodum Collega noster hono tissimus *Christianus Menzelius*. Mentionem ipsius cidenter quoque fecerunt Petrus Poterius *Pharacop. spagyr. cap. 27.* Athanasius Kircherus *lib. III. t. magnet. part. IV. quest. 2.* Petrus Borellus *Cent. I. serv. 3.* & alii.

II. PHOSPHORUS BALDUINI.

Sequitur, quem Hermetis Curiosi *Christ. Adolphi Balduini* industria non ita pridem adinvenit, atque anno 1675. peculiari libello, cui *Phosphoro hermetico*

DE PHOSPHOR. QUAT.

tico five Magneti luminari nomen, Orbi liter exposuit. Is autem Phosphorus non tam ex radiis Solis, quam ex aëre illuminato, Sole nimis supra horizontem existente, suum mutuatur men: neque de Lapide Bononiensi quicquam participat. Exemplum Phosphori hujus a se facti ad me Cl. Dn. *Baldinus* ipse misit, quo nomine ei hic gratias ago publicas: quamvis modus conficiendi illius non ignorem, & jam aliquot paraverim.

III. PHOSPHORUS SMARAGDINUS.


Is alterius tantisper a prioribus est natura splendorē suum non adeo ex Solaribus radiis, a ex illuminato aëre colligens: quam ex Igne ipsius scilicet particulā si laminæ argenteæ aut preæ imponas, adhibito subtus carbonum a rei calore, splendorem mox percipies, adeo si materiam illam in notas aut literas digessem legere rutilantem commode scripturam posse. Quare vero *tertio b*h*ic* id nomen indiderim, & ratione parandus ipse sit, alteri servo occasione.

IV. PHOSPHORUS FULGURANS

Verum enim vero universos hos multis per se parasangis relinquit *quartus* & novissimus, ab effectu singulari nomen *Phosphori fulgurans* prorsus tribuendum esse, arbitror. Nimis naturalium rerum sedulus indagator, & qui in eunte ætate cum *Helmontio* Fil. cum *Tackio*, *Gilio*, *Bechero*, & similibus magnæ famæ Chymis

OBSERVAT.

uropa non tantum, sed in Indiis etiam ipsis
iliariter vixit, & propterea Principum in-
mania plurimorum gratiam sibi conciliavit,
mes videlicet *Daniel Kraft*, Dresdæ nunc Com-
ciorum causa pro bono Reipublicæ habitans,
nuper ex Batavia redux Berolino transfiret,
ndit *Seremissimo Electori nostro*, plurimisque



A 3

Auli-

DE PHOSPHOR. QUAT.

Aulicis adstantibus d. xxiv. Aprilis proxime elat hora ix. vespertina *materiam luminosam* vitreæ planæ exiguae Hermetice sigillatae inclusam, quam ipse *Ignem* nominabat *perpetuum*. Monstratur aperuit vitrum, & super charta cœrulea materia posuit: in qua remotis candelis, ipsa non tantum *Lampyridis* sive *Cicindelæ* æstivis noctibus per aëre volitantis instar splendebat, verum etiam affric digito, similem penitus fulgorem albicantem non sine stupore spectatorum ipsi inducebat: adeo ut, si quis totam illevisset faciem, tota ipsa quæque, veluti quondam (sitamen divinis istæc corponere licet) *Moysis* ex Monte Sinai descendedent fulsura procul dubio fuisset.

Sequenti die materiam suam *Artifex* deni non quidem phialæ, sed alteri Vitro oblongul & qua forma ac magnitudine hic intra *lit. B.* & pictum cernitur, inclusit, nec non cera Hispanica extremum obturavit utrumque: adeo ut *Granum* illud extra vitrum in Scutella sub *lit. A.* aliquando repræsentatum, quodq; tam colore, quam duritie *Succinum flavum* non pellucidum penitus sed subobscurum referebat, in medio *Canalis* illius *vitrei* hæreret. Sic inclusum *Granum* eodem di dum advesperasceret, ad me idem detulit, & museo meo clausis fenestris per aliquot horæ cum observavit, *Granum* hoc non splenderet quidem sicut pridie, & extra vitrum in charta positum: verum contra per intervalla ex fæ fulg emittere, quemadmodum Nubes noctu per cal-

OBSERVAT.

stivos assolent absq; tonitru, wenn das Wet-
h fühlst/ ut Germani loquuntur. Intervalla
rant brevia, & cum pulsū propemodum Ar-
re in carpo quadrantia, adeo ut ad singulos
tis pulsus *Granum* singula vibraret fulgura, ro-
Vitrum replentia: excussurum quasi obices
cereos, & indignabundum, quod spatio tam
uo sit inclusum. Id spectaculum sane non
erantum, sed ipsum quoque *Artificem* illum-
um ista fulgurandi virtus hactenus latuerat,
e quam reddidit attonitos.

Rediit idem porro tertia quoque vespera ad
andas Observationes nostras, & advertimus,
rum non utrinque jam, seu utraque cuspide
urare: sed versus unicam saltem, quæ scili-
literam B. in Icone respicit. Ideoque extre-
natem illam B. quæ tum in positu manus meæ
olagam Mundi occidentalem vergebant, inver-
rientem versus, fore sperans, ut *Granum* sic
versum fulgur suum eorum etiam vibraret.
A vero, quod visu stupendum erat, haut Orien-
versus, uti putabamus: sed unice ad Occi-
tem *liberrimum & propositi tenacissimum Agens*
uscabat, etiamsi Canalem vel centies inver-
emus.

Plures instituere Observationes ob abitum
Kraftij tum non licuit: plura tamen & mul-
taria phænomena ex *luminoso* istoc & summe
ribili *Lapillo* certissime præstolamur: ambigen-
interim, idem hic fuerit, an ei similis, quo
de

DE PHOSPHOR. QUAT. OBSERV.

de mentionem facit Jac. Aug. Thuanus *Histor. VI.* his verbis: *Dum Rex Henricus II. Bononiae in Gliis esset, allatus est ad eum ex India orientali ab bone incognito, sed ut apparebat, moribus barbaro, pis stupenda specie & natura, videlicet lumine & gore mirabiliter coruscantibus, quig[ue] totus veluti a radius ambientem aërem luce nullis fere oculis tolera latissime complebat.* Plura, quæ de miranda ist Lapidis natura porro ibi adduntur, cum fid pene omnem superent, neque paria his in *Phosphoro* nostro *fulgurante* observaverimus, rec sere supersedeo. Imprimis cum non desint, totam hanc narrationem (cum in editione *Psiensi* archetypa non extet, sed in *Francofurt* saltem post Thuani mortem continuata at aucta inveniatur) dubiam reddant: non obste, quod Francofurtana editio *Joannis Pipini* c lati testis ad *Antonium Mizaldum* literas in fice rei juxta alleget. Cæterum ad nos quod attinet qui *Phosphori fulgurantis* spectacula & vidimus ipsum manibus tractavimus, *Lapis* hujus *historiam* (priori saltem, & à nobis jam circa parte) veram esse, aliis qui *Phosphorum fulgurantem* nec viderunt, nec tetigerunt, minus credulter credimus. Berolini, d. xx. M. Maji A. AD CL^o I^oc LXXVI.

Jo. Sig. Elsho